telligunt, cum quisque dicit: Iratus sum, sed Latini tantum: at si affectus excandescentis animi exeat, in faciem, vultumque faciat, omnes sentiunt qui intuentur iratum. Sed neque ita licet educere et quasi exporrigere in sensum audientium per sonum vocis illa vestigia, quæ imprimi intellectus memoriæ, sicut apertus et manifestus est vultus: illa enim sunt intus in animo, iste foris in corpore. (S. Aug.: *De catech. rudibus*, cap. II, tom. VI, fol. 311.—Véase lo que del mismo Santo hemos copiado en la leccion I, fol. 184., Data vero signa, etc.)

Quid enim aliud molimur nisi animum ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendum et perspiciendum animo auditoris inferre: ut in nobis ipsi quidem maneamus, nec recedamus à nobis, et tamen tale indicium, quo fiat in altero nostra notitia, proferamus; ut, quantum facultas conceditur, quasi alter animus ab animo per quem se indicet proferatur? Id facimus conantes et verbis, et ipso sono vocis, et vultu, et gestu corporis, tot scilicet machinamentis id quod intus est demonstrare cupiantes: quia tale aliquid proferre non possumus, et ideo non potest loquentis animus penitus innotescere; unde etiam mendaciis locus patet. (S. Aug.: *De Fide et Symb.*, cap. III, tom. VI, fol. 183.)

Describe la viveza con que la agitacion de su espíritu reflejaba en los movimientos expresivos de su cuerpo en los últimos momentos de su conversion, en el libro VIII de sus *Confesiones*, cap. VIII, tom. I, fol. 757.

Est etiam in ipsu motu, gestu, incessu tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut levior, aut jactantior, aut turbidior: aut contra gravior, et constantior, et purior, et maturior æstimatur. Itaque vos quædam est animi, corporis mutus. (S. Ambr.: *De officiis*, lib. I, cap. XVIII, tom. IV, fol. 12.)

Motus sit purus ac simplex; nihil enim fucatum placet. Motum natura informet. Siquid sane in natura vitii est, industria emendet; ut ars desit, non desit correctio. (S. Ambr: *De officiis*, lib. I, cap. XIII, fol. 13.)

«Nam solet... acceptior esse sermo vivus quam scriptus, et efficacior lingua quam littera. Oculi quippe loquentis fidem faciunt dictis; nec ita potest affectum exprimere digitus, quomodo vultus. (S. Bernard., epistola LXVI, tom. I, fol. 67.)

Huic frons libera, nudis aperta temporibus, quæ mentis habitum specie sui prodat: nunc læta, nunc tristior: nunc erecta ad severitatem, nunc ad lenitatem remissior, quæ signis forensibus internam exprimat voluntatem. Imago quædam animi loquitur in vultu, fidei basis in qua quotidie Domini nomen inscribitur et tenetur. (S. Ambr.: *Hexaëmeron*, lib. IV, cap. IX, tom. I, fol. 100.

Observa San Agustin que en los movimientos de ojos y semblante, en muchos casos, nada hay de deliberado, en el lib. II *De la Doctrina cristiana*, cap. I, n. 2, tom. III, fol. 36.

Se ha de evitar toda chocarrería.

Véase San Ambrosio, *De officiis*, lib. I, cap. XXIII, tomo IV, fol. 17.

Se ha de estudiar é imitar á los que accionan natural y expresivamente.

Léase San Gregorio Nazianceno, Oracion XX, tom. I, fol. 334.

LECCION XXXII.

Disgustos que lleva consigo el ministerio de la predicacion.

Hace al caso mucho de lo que hemos copiado en la leccion X, desde la página 232.

Neque enim te maxime conqueri audivi, nisi quod tibi sermo tuus vilis abjectusque videretur, cum aliquem christiano nomine imbueres. Hoc autem scio, non tam rerum quæ dicendæ sunt, quibus te satis novi paratum et instructum, neque ipsius locutionis inopia, sed animi tædio fieri; vel illa causa quam dixi, quia magis nos delectat et tenet, quod in silentio mente cernimus, nec inde volumus avocari ad verborum longe disparem strepitum, vel quia etiam cum sermo jucundus est, magis nos libet audire aut legere quæ melius dicta sunt, et quæ sine nostra cura et sollicitudine promuntur, quam ad alienum sensum repentina verba coaptare incerto exitu, sive utrum occurrant pro sententia, sive utrum accipiantur utiliter; vel quia illa quæ rudibus insinuantur, eo quod nobis notissima sunt, et provectui

nostro jam non necessaria, piget ad ea sæpissime redire, nec in eis tam usitatis et tanquam infantilibus cum aliqua voluptate jam grandiusculus animus graditur. Facit etiam loquenti tædium auditor immobilis vel quia non movetur affectu, vel quia nullu motu corporis indicat se intelligere vel sibi placere quæ dicuntur: non quia humanæ laudis nos esse avidos decet, sed quia ea quæ ministramus Dei sunt; et quanto magis diligimus eos quibus loquimur, tanto magis eis cupimus ut placeant quæ ad eorum porriguntur salutem: quod si non succedit, contristamur, et in ipso cursu debilitamur et frangimur, quasi frustra operam conteramus. Nonnunquam etiam cum avertimur ab aliqua re quam desideramus agere, et cujus actio aut delectabat nos, aut magis novis necessaria videbatur, et cogimur aut jussu ejus quem offendere nolumus, aut aliquorum inevitabili instantia catechizare aliquem, jam conturbati accedimus ad negotium, cui magna tranquillitate opus est, dolentes quod neque ordinem actionum nobis conceditur tenere quem volumus, nec sufficere omnibus possumus: atque ita ex ipsa tristitia sermo procedens minus gratus est, quia de ariditate mœstitiæ minus exuberat. Aliquando item ex aliquo scandalo mœror pectus obsedit, et tunc nobis dicitur. «Veni, loquere huic;» christianus vult fieri. Dicitur enim ab ignorantibus quid nos clausum intus exurat: quibus si affectum nostrum aperire non oportet, suscipimus ingratius quod volunt; et profecto languidus et insuavis ille sermo erit per venam cordis æstuantem fumantemque trajectus. Tot igitur ex causis, quælibet earum serenitatem nostræ mentis obnubilet, secundum Deum sunt quærenda remedia, quibus relaxetur illa contractio, et fervore spiritus exsultemus et jucundemur in tranquilitate boni operis. *Hilarem enim datorem diligit Deus (II Cor.*, IX, 7.) S. Aug.: *De Catech. rudibus*, cap. X, tom. VI, fol. 321.

A continuacion expone ámpliamente el Santo Doctor oportunas consideraciones para alentar el ánimo del predicador.

Doctrina saludable para cuantos están obligados á predicar.

San Juan Crisóstomo, *De Sacerdotio*, lib. IV, n. 1, tom. I, fol. 421.—In Joann., hom. XVII, n. 4, tom. VIII, fol. 101.

—Epist. CCIII, Salustio, presbyt., tom. III, fol. 712.—Epist. CCXII, Teophilo, tom. III, fol. 717.

San Basilio, Epist. VII, Gregorio sodali, tom. III, folio 80.

San Agustin, serm. CCCXXXIX, tom. V, fol. 1431.

San Gregorio Magno, *Regula Pastor.*, pars I, cap. V, tom. II, fol. 7.—Pars II, cap. IV, fol. 17.—Epist., lib. I, indict. IX.—Epist. XXV, tom. II, fol. 507.

San Isidoro de Sevilla, *De ecclesiast. offic.*, lib. II, capítulo II, tom. II, fol. 454.

San Bernardo, ad Balduinum, Epist. CCI, tom. I, folio 193.

Se disuelven los pretextos que suelen alegarse para excusarse de la predicacion.

San Juan Crisóstomo conmina fuertemente á los que, teniendo obligacion de predicar, se excusan con su ignorancia. *(De Sacerdotio*, lib. IV, n. 1, tom. I, fol. 421.)

San Gregorio Magno no admite el pretexto de la humildad. (*Regula Past.*, pars III, cap. XXV, tom. II, fol. 74.)

San Bernardo decia al abad Balduino: «Age ut magister. Novus est, sed debitor: et ex tunc te noveris debitorem, ex quo te alligasti.» Disipa con maestría los pretextos de la juventud y de la ignorancia, como inadmisibles, despues de haber tomado un oficio que te obligaba á la predicacion. (Epist. CCI, tom. I, fol. 192.)

Pretenden algunos excusarse de la predicacion por la indiferencia ó tibieza de los fieles, porque éstos no aprovechan la doctrina que se les predica, ó se complacen en criticar al predicador. Algunos fieles irreflexivos decian sarcásticamente que en balde predicaba el Crisóstomo frecuentemente y con mucho celo, puesto que muchos de los oyentes no reformaban su vida y volvian á caer en los vicios elocuentemente condenados por el Santo Patriarca: desde el sermon, decian entre otras cosas, van muchos á donde se vende de comer y de beber: «in caupona detrivisse tempus,» etc. Llegaron estas conversaciones á noticia del Santo Patriarea, y al dia siguiente expuso la obligacion que tenía de predicar, oyéranle ó no los fieles, produjeran ó no fruto sus palabras: combate á los que, perezosos para predicar, pretenden desalentar á los operarios celosos, con el pretexto de que no se les oye, y rebate las consecuencias que de la conducta de los fieles

deducian los que creian inútil la frecuente predicacion. Estos pasajes del Crisóstomo son elocuentísimos. Los cinco primeros números del sermon I «De Lázaro,» tom. I, fol. 707.

Con no ménos elocuencia se ocupa en el mismo asunto, en el n. 2 del sermon VII «In Divitem et Lazarum,» tom. I, fol. 774.

«Si San Pablo, decia San Agustin, hubiera cesado de predicar á los atenienses porque algunos se burlaban de sus palabras, no hubiera convertido á muchos y entre ellos á Dionisio Areopagita: Si formidaret irridentes, non pervenisset ad credentes.» (Serm. CL, n. 2, tom. V, fol. 808.)

Decia Cresconio á San Agustin que á qué tanto insistir contra la doctrina de los donatistas, si no por esto cambiaban de parecer. Con este motivo el Santo Doctor expone ámpliamente los deberes de los defensores de la verdad. «Nostri autem, ex quo finitum est, nullo prorsus tempore ut ipse finis innotesceret cessaverunt, quomodo id publice privatimque agere potuerunt; ne quisquam in perniciosissimo errore persistens, de segnitia circa se ministrorum Dei in ultimo judicio quæreretur.» Añade que no era cierto que la predicacion fuese infructuosa, puesto que muchos herejes se convertian; y luégo dice: «Quamvis etiam si cui diligentia medicinæ hujus impensa non prodest, sufficit ad rationem reddendam Deo quod non cessavit impendi. Sicut enim malignus suasor peccati, etiamsi non persuaserit, merito pœnam deceptoris incurret; ita fidelis justitiæ prædicator, etiamsi ab hominibus respuatur, absit ut apud Deum sui officii mercede fraudetur.» Son interesantes los capítulos desde el IV hasta el XXII del lib. I *Contra Cresconium Donatistam*, tom. IX, fols. 449 y 455.

Las mismas reflexiones hace en muchos de sus sermones, cuando le ocurre lamentarse de la negligencia de los que no aprovechaban la palabra de Dios.

Reprende San Gregorio Magno á los que, por entregarse á la contemplacion, descuidan la obligacion de predicar. *(Regula Past.*, pars I, cap. V, tom. II, fol. 7.)

La dificultad de alcanzar la perfeccion debe alentarnos para llegar al grado de elocuencia que nos sea posible.

San Juan Crisóstomo aduce para prueba los propósitos y la esperanza con que los padres envian sus hijos á la escuela. *(Adversus oppugnatores vitæ monasticæ*, libro III, tom. I, fol. 111.)

El mismo Santo combate las ideas exageradas que se forman de lo mucho que es necesario para predicar los que, para no hacerlo, alegan la falta de las dotes necesarias. Hemos citado su doctrina en la pág. 172 «In epist. ad Hebræos,» hom. III, n. 5, tom. XII, fol. 34.

Tambien hace al caso lo que dice el Santo Doctor en el n. 11 de su lib. III *Adver. oppug. vitæ monasticæ*, tomo I, fol. 96.

La predicacion es necesaria: la elocuencia de mucha utilidad.

Los consejos que con San Agustin damos á los jóvenes en la pág. 174, son de los capítulos XXVIII y XXIX del lib. IV *De la Doctrina cristiana*, tom. III, fol. 119.

Conclusion.

Al concluir nos hemos aplicado las palabras que la humildad inspiró á San Gregorio Magno al terminar aquellos libros de oro donde dejó tan discretos y saludables consejos para los encargados del ministerio de la predicacion. «Ecce bone vir... dum monstrare qualis esse debeat Pastor invigilo, pulchrum depinxi hominem pictor fœdus.» *(Regula Pastor.*, IV part., tom. II, fol. 102.) Y con no ménos verdad, respecto á nosotros, hemos repetido las cinco últimas líneas, con que dió fin á sus libros *De la Doctrina cristiana* el humilde y elocuente San Agustin, lib. IV, cap. XXXI, tom. III, fol. 122.

FIN DE LA SEGUNDA PARTE.